

possit: eapropter etiam nulla metalla, & consequenter, quoque nulla lapidis Materia esse poterunt. Dein quum mineralia artis initium, per artem, esse nequeant, quod est Mercurius, itaque etiam ad medium & finem, quæ Metalla & Tinctura sunt, peruenire nequeunt: sed cum minora Mineralia Metallis in natura peregrina fient, licet Mineralis alicuius virtutis fiant capacia, nihilominus tamen debilioris & comburibilis, sunt naturæ. Quapropter etiam natura Metallica nullam ex illis percipit lætiti-  
 am, sed extrudit illa, & dumtaxat illa, quæ suæ sunt naturæ, secum retinet. Stulti igitur illi sunt, qui tam diuer-  
 sas totque imposturas laboresque in lucem, ad decipien-  
 dos homines, proferunt, res nimirum inconcinneas, quas vel Naturæ non penes sese habent, neque etiam aliis lar-  
 giri possunt.

Neque etiam quisquam Philosophorum Scripta sese seduci patiatur, si quandoque illi de salibus loquantur, utpote dum in Sapientum Allegoriis dicitur: Si quis abs-  
 que sale laborat, is mortua cadauera non resuscitabit. Et in libro Soliloquij scriptum inuenitur: Qui sine sale laborat, ille arcu sine neruo utitur. Longe enim aliter illi de Mineralibus salibus sentiunt: quemadmodum ex-  
 presse in Philosophorum Rosario videre est, dum inquit: Metallorum Sal Philosophicus lapis est. Noster enim lapis, coagulata aqua est, eaque in auro vel argento, igni resistit, & in aqua sua resoluitur, qua de suo in genere fa-  
 ctus est. Quod autem Philosophorum coagulata aqua, non Mineralis aqua, sed ipsorum fiet Mercurius, id docet Geber de alembico cap. 19. dum inquit: Dato operam vt Solis, & Lunæ siccam aquam resoluas, quam vulgus Mer-  
 curium

*The Chym. Vol. 3. p. 636. Vol. 3. p. 460.*

*Mgl. in Philof. Reform. pag. 381.*

*Theat. Chym. Vol. 3. p. 171. Vol. 7. p. 171.*

*Arz. Purif. Vol. 2. p. 139. The Chym. Vol. 3. p. 197.*

*in libro fornacum. The Chym. Vol. 1. p. 171.*

*Trar. 6. p. 23. Ar. 1. p. 139.*

*in fr. p. 23.*

*110. 25.*

*Metallorum sal. adde, Lincum salis p. 132. et 143. Mercurium... The Chym. Vol. 3. p. 197. Chymia tria...*